

ECCE SUNT
uerba que locutus est moyses ad omnem
israel trans iordanem
in solitudine
campestri contra mare rubrum inter pharan
et thophel et laban et haseroth ubi uarii et
plurimum. Undecim diebus de oreb per uiam
montis seir usque cadesbarne. Quadragesimo
anno undecimo mense primo die mensis
locutus est moyses ad filios israhel omnia que
praecepta illi dominus ut diceret eis postquam
percussit seon regem amorreorum qui habitauit in
hesebon et og regem basan qui mansit in astaroth
et in edrai ultra iordanem in terra moab
Coepit igitur moyses explanare legem ita dicens

Dominus deus noster loquutus est ad nos in horeb dicens
Sufficiat uobis quod in hoc monte mansistis
Reuertimini et uenite ad montem amorreorum
et ad uicinas eius partes in campestri et in
montuosis et in humilibus et in austro et iuxta
maritima chananeorum et libani usque ad flumen magnum eufratem
Ecce in quod dedi uobis ingredimini et possidete
eam. Sup qua iuratus sum patribus uestris abraham
et isaac et iacob ut daturus illis et seminibus eorum
postea eos. Dixique uobis illo tempore
non possum solus sustinere uos quia dominus deus uester
multiplicauit uos et ecce hodie sicut stellae celi
plures estis. Dominus deus patrum uestrorum addat
ad hunc numerum mille tantos et benedicat
uobis sicut locutus est. Nonne solus sustinere
negotium istum et pondus ac litigia
uestra. Date de uobis uiros sapientes et gnaros et quorum
conuersatio sit probata in tribubus uestris ut
ponam eos uobis principes. Tunc respondistis
mihi bonum est quod iussisti fieri. Tulique
de tribubus uestris uiros sapientes et nobiles et constitui eos
in tribubus uestris principes. tribunos et centuriones
et quinquagenarios et decanos. qui docerent uos
singula. Praecepique eis dicens. audite illos
et quod iustum est iudicate. siue ciuis sit ille
siue peregrinus. nulla erit distinctio personarum
sed parum audietis ut magnum. Nec accipietis
cuiusquam personam quia dei iudicium est.
Quod si difficile uobis aliquid iudicium fuerit
referatis ad me et ego audiam. Praecepique omnia
que facere deberetis.

Profecti autem de horeb transiuimus per heremum
terribilem et maximam quam uidistis per uiam
montis amorreorum sicut praecepit nobis dominus deus
noster. Quumque uenissemus in cadesbarne
dixi uobis. Uenistis ad montem amorreorum
quem dominus deus noster dabit uobis. Uide
terram quam dominus deus tuus dat tibi. Ascende
et posside eam sicut locutus est dominus deus
patrum tuorum. Noli timere nec quiescas
pauens.

Et accessistis ad me omnes uestri dixistis. oramus
ut mittamus uiros qui considerent terram et per quam
per quam ire debeamus et ad quas
perire ciuitates. Cumque mihi sermo placuisset
misi ex uobis xii uiros singulos de tribubus suis.
Quique cum perissent et ascendissent montem
uenerunt usque ad uallem botri et considerauerunt
terram sumentes de fructibus eius. uaos atque de terra
ubertate ad nos. adque dixerunt